



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ivlii Cæsarisi|| Scaligeri|| Epistolæ|| &|| Orationes||**

**Scaliger, Julius Caesar**

**Lugduni Batavorum, 1600**

Eidem. LIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70455](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70455)

petum, cum esscm bellua aut fregeram, aut saltēm ferebam, nunc humanitati redditus atque in ea voluntatis meæ spatiis constitutis, adeo vndique eius immanitate laceratus sum, vt ne desperationi quidem sit relictus locus. Quo magis consolor nicipsum potentia tua, quæ ut maxima est a fortuna, ita cedit humanitati, quæ cuiuis fortunæ potest imperare. Ac de me quidem, Vallea, quid de te velim, tu solus iudicare prudenter potes, qui teipsum quantum sis melius longe nosti. Ego vero ctiam pollicebor arroganter, qui quam bonus sis, scio. Mea igitur res nunquam non in tuto collocata te sospite sperabo. At amici mei sumni atque incomparabilis, & viri, ut captus humānus fert, sapientis, benefici, principis (ea enim eius familia est, ut longe lateque magnisque atque illustribus titulis imperet) dignitatem, non solum pro mea, sed etiam præ mea commendo. Vale.

## E I D E M. L I I I I .

**S**i vota mea amicorumque meorum valuerint, non minus fortunam nostram, quam humanitatem tuam laudarem. Sidigentia mea quipiam potuisset, eam cum fortunæ

fortunæ beneficio coniunctam non minimam laudem meruisse arbitrarer. Si importuna solicitatio superior euasisset, vitia nostra quavis virtute ducerem potiora. Profecto cum nulla ope, nullis consiliis, nulla arte, nullis profecerim deprecationibus, ut quicquam diuini illius tui extorquerem iudicii, adeo videor a Diis immortalibus destitutus, ut non solum angat meipsum memoria ac conscientia auersi Genii mei, verum etiam respectam hancce vobis magnis viris vitam mihi acerbam putem. Iam ne legat posteritas epistolas meas, quas tam frequentes, tam supplices, tam cupide, tam sperata gloria ad magnum illum Valleam dederim. Id mihi officiet nihil. Hominem peregrinum, obscurum, animi remissi, minime omnium ambitiosi, fortasse etiam temperati interpretabuntur. At ad me tuas cum legent nullas, cui ego inexhaustas pene vigilias nuncuparim, cui obiecerim nominis mei pericula, quæ incomparabili ista virtute atque sapientia auerteres, quid dicent, quid iactabunt? Quo me vertam? Interiisse literas? intercidisse? interceptas fuisse? At tuæ, inquiet, nugæ, Scaliger, nescio quibus, cur extant, amissis Valleanis illis? quid tacces? quid respectas? nescis tuas locutiones illius

M 4      silen-

184 I V L I I C A E S A R . S C A L .

silentio daminatas esse ? Hic quid agam miser? quæso te , consule rebus meis , neque velis committere , vt diutius pendeam animi non torquet me mora . neque enim mora est expectantis nihil . sed illud miserrimum arbitror , non licuisse saltem periire semel voice tua , cuius vel spes ipsas omnes perpetuo ac pene fatali silentio omnibus momentis temporis interfecisti .

I O . B E L L A I O C A R D I N A L I  
T I T V L O S A N C T A E C A E C I L I A  
*Dominio obseruand. LV.*

V T R V M Q V E tua cum posset magnitudo & impellere ad scribendum , & ab ipsa etiam scribendi cogitatione deterre re , quibus animus meus distractus perpetua cunctatione fluctuaret , maior fuit vis vere cundiæ : donec Cruceius vir , vt scis , apud nos summæ auctoritatis ostendit humanitatem tuam & æqualem potentiam , & mea quacunque culpa superiorem . Quapropter antequam hoc ipsum auderem , necessarium fuit , vt , cum tui meminisse , vel te tibi undecunque parem cognoscerem , vel mei obliuiscerer . Quanquam neque nunc quidem sibi constare sui conscientium animum meum ,